

PROPEMPTICA
IN DISCESSVM ER V-
DITIONE, VITA PROBATA,
pietateq; præstantis viri D. MATTHIAE B.
Iulani, post felicem & uberrimum studiorum suorum
mercatum in patriam suam Vngariam redeuntis
Viteberga 8. Maij.

Scripta à
Popularibus & Amicis.
Anno Christi 1582.

Distichon ex Esaiæ cap. 56. v. 10.
*Qui tenet articulos fidei, cui prout agit, lingua est,
Ac Zelus, patriæ, hic fida columna foret.*

A. R. S.



Typis Clementis Schleich.

PRO PEMP TICON.

Ructus amicitiae si non est suavior, ac
cūm

E Alter in alterius credit acerba sinum,
Et capit ac præbet duris solatia rebus,
Vt sint bina quidem corpora, pectus idem:
Vix aquè suavis fuerit, puto, copula, quam te
Qua dudum stabili junxit amore mihi.
Non quæstus, sed te causâ integratis amavi:
Una fides & apud me tibi chara fuit.
Vulgus amicitias probat usu, nomine claros
Nunc etiam, heu, pestis corripit illa viros.
Nil benè facta valent, ubi cessant commoda, fato
Omnis amoris erit flamma repressa pari.
O si non propria didicissem talia sorte,
Sed magè post cautum me mea damna dabūt.
Quid querar, aut quod alā tristi sub pectore vul-
Scis ipse, & mecum, vir benè culte, doles. (nus.
Talia nulla tuo ex usu contagia sensi:
Abfuit abs animo fucus & umbra tuo.
Ergo jure fero graviter, quod sede locorum
Distrahimur, patriam te repetente tuam.
SED me confirmat rursus, quòd sede locorum
Nos alio firmo non minus igne coles.

Mente

Mente pari, & simili quoq; te venerabor amore,
Dum mihi vitalis luminis usus erit.
I laetis igitur fatis & dogmata sacra
Civibus adsiduo trade vigore tuis.
Dogmata qua CRGNVS NOSTER, qua dedita Cyg-
Edocuit veris, te Philo Mela, modis. (no,
Carmina non harū volucrum sunt dissona, Cygni
Scripta sua ad normā vult Philo Mela legi.
Has ego dum vivam volucres reverēter habebo,
Has quoq; te fidâ mente probare scio.
Plura loqui impediōr. Sed iter munusq; sacratū,
Quod capis, aura suâ sancta secundet ope.

Balthasar Mencius Nimecensis Saxo,
liberal: art: Mag. & collegij
Philosophici adiunctus.

A L I V D.

Ergone Leucoreā, patriam visurus, ab urbe,
Dulcis amice, redis, Matthia? Nónne corona
Vngarici cœtus, vel amor te noster, & ista
Turba Novena potest verbis retinere modestis:
Ire igitur cœptas? nec sæva pericla viarum
Longarum terrent, nec tædia lenta, nec æstus?
Hei mihi cur subitò tam charo priuor amico:
Summa mihi quicum fuerat vixisse voluptas.
Hoc mihi namq; fuit Iulanus in agmine nostro,
Quod fuit Æneæ semper dilectus Achates.

A ij Sed

Sed te fata domum revocant, patriæq; ruentis
Te desiderium retrahit, syncerus & ardor:
Et decet ut patriæ repetas jam limina terræ,
Sedulus atq; velis, cum tot sis dotibus au&stus,
Principio pubem studijs ornare docendo:
Mox, ubi sancta tuas vires Ecclesia poscit,
Spargere Christicolis cœlestia dogmata Christi.

Quando igitur fato & recta ratione coactus
Hinc migras, non jam multis te onerabo querelis.

Vade (licet doleam) cursus dabit ille secundos
Cujus in auspicijs subiisti mille labores,
Nomine & ~~ix~~ cuius peregrinas hospes ad oras
Adveniens, Clario lavisti labra liquore:
Finibus Vngaricis sistet Deus ille benignus:
Et quo quemq; modo fugiasq; ferasq; laborem
Expediet, donec post intervalla viarum
Ille bonis genijs tutum te in tecta reponet
Optata, & merita faciet te laude potiri.

Ecce tuus Janus, meus & què dulcis amicus,
Varsanius patriâ, sanctas ante omnia Musas
Qui colit; & comitem tibi se præbebit eunti.
Ille tuos poterit facile hos lenire labores.

Prætereà Aonidum Lucas pia cura sororum,
Quem Biharina tulit tellus: tibi notus amicus:
Te sequitur, fidus comes itq; per omnia tecum
Compita: fac igitur magnum solare laborem,
Et tu perge rubens, quò te vocat ardua virtus.

Ipse ego, quod possum, fœlix iter auguror, & vos

Parte

Parte mei meliore sequor, precibusq; fatigo
Pro reditu superos: vestri non immemor vnquam.

Vos Deus incolumes longos cōseruet in annos,
Vestræ sitq; viæ comes & dux Christus Iesus.

Dij faciant, Iuli, Vngaricas cùm videris vrbes,
~~Tartsaliasq;~~ simul terras conspexeris, illic
Incolumes videoas lanum pietate ~~cōlēn~~ adum,
Qui nunc Pastor oves Christi de munere pascit:
Et Stephanum, qui nomen habet Sartoris ab arte
Fratrem dilectum, & multum virtutibus auctum:
Qui motus pietate, Dei quoque victus amore,
Munifico nostras fovet & juvat ære Cœnænas,
Cujus & auspicijs flavum nunc versor ad Albim.

Hic si fortè statum narrare jubebere nostrum:
Omnia tu dextrè referes ex ordine, quæso
Nec pigeat nostris verbis hæc pauca referre:
VVittembergiacâ transmittit ab urbe salutem
Vobis, Nicoleos, qui vos observat, amatq;;
Et cupit, incolumes tandem ut vos cernere possit.

Hinc ubi Debreciam celebrem properaris in ur-
~~Gönczinum~~ eximiâ virtute Georgium, & arte (bē,
Præstantem, patriæ qui lux nitidissima terræ est,
Quiq; decus patriæ est, qui gloria maxima Musis,
Hunc ex me brevibus verbis salvere jubebis.
Hic prius (ut memini) juvit me fortibus ausis.

Iamq; vale, patriasq; bono pete sydere terras,
Vade, nec arma feri metuas invisa latronis.

Dum loquor, ecce venit solers auriga, vocat te

O Iulane, simul comites, dulcesq; sodales.
Ite bonis avibus, Christus comitetur eentes.

Nicolaus T. Debrecinus,

ALIVD.

Q Vod si prisca fides, mentis & æquitas,
Heroas veteres vexit ad æthera,
Nec non res benè gesta,
Summis dignaq; laudibus:
Te certè Pietas, Candor & æquitas
Extollit meritò, nominis & Dei
Cultus, quem tibi semper
Infixum penitus tenes.
Quid? quod lingua tibi nectare cœlitus
Aspersa, est facilis carmine, versibus:
Et quòd mens generosa
Summis dotibus affluat.
Ergò Pannonicis, magne vir, ô Scholis
Ferto suppetias, auspice iam Deo:
Artes quasq; juventus
Optat te Duce consequi.
Postquam Carpatij terribilis loca
Pertransibis ovans: incipe publice,
Examenq; fidele
Promtus subijce singulis.
Has tu quó melius sustineas viceis,
Adsit præsidio cunctipotens tibi,
Ignotosq; per agros
Defendat valida manu.

Tum verò in mediis fraudibus hostium
Nutantem pavido contineat metu:
Emensoq; labore
In tuto statuat loco.

Stephanus Tholnensis.

os sc

ALIVD.

A Nne lares patrios jam, mi cultissime Juli,
Visere, quà distat Pœonis ora, veius?
Linquere num poteris latam Germanidos urbem
Hanc, ubi Leucoreos irrigat Albis agros.
Num ve pio cœtu, Matthia, abscedere nostri
Sancta Sodalitij rumpere jura potes?
An domibus poteris nū oculos discludere ab istis,
In quibus hospitium fixit Apollo suum:
In quibus hauritur dulcis permessidos unda,
In quibus Aonidum turba disertia manet:
Quas non assiduo vastavit Turca duello,
Quarum nec Moschus perfidus hausit opes,
Quas non igne Getes exussit, Persis & ipsa
Intulit immitti nec quibus arma manu.
Hic sed Castalijs Helicon, dulcissime, Nymphis
Matthia, doctis excoliturq; viris:

A iiiij

Hic

Hic Parnassiaci visuntur culmina montis
Hic Aganippae labra rigantur aquis:
Hic nemus herbiferum est stagnantis ad Albidos
Quà potes ingenij promere dona tui: (undas
Adde quòd incessit jam consuetudinis usus
Cum quibus hìc illos linquere numne potes?
Verùm in Pannonicos si tu perrexeris agros,
Et patriæ dabitur rura videre mea,
Illic sanguinei trepidas ferabellæ Gradivi,
Atq; vides patriæ squalida ruramea:
Ac Turca magnos hic dira crientia motus
Bella times, cernis nil nisi triste domi.
Siccine nunc animi rapidus fert impetus, ut jam
Jam patriæ repetas dulcia rura tua?
Siccine mellito privas sermone sodales,
Fucundo Juli, contuituq; tuo?
Te fortasse cibus præsens discedere cogit,
Ex lupulo coctæ vel liquor urget aqua?
Aut potius scabies, populis incognita nostris,
Te jubet in patrios forte redire focos?
Eja age quæso mane, non te monet (ut reor) ista
Causa, domum grauiorni revocare velit.
Eja age quæso mane, tepidi nec gratia veris,
Ne ve animum capiant germina natarecens,

Nec

Nec te temperies, nec te clementia cœli,
Nec placidi moveat tam levis aura Noti.
Hac neve afficiat pars te jucundior anni,
Hac aliâs poteris commoditate frui.
Sed quid ago? rapidis cur talia carmina ventis,
Cur mando rapidis verba ferenda Notis?
Anne tuum coner, Juli, rescindere cœptum
Aut mutem Superum id, quod statuere diu?
Absit id: in rectum redigo mea verba tenorem,
Cum sic fata velint, ipse nec obsto tibi.
Vngaranam pubes reuocat charissime Juli
Illa, tuam largam qua modo poscit opem.
Illa, regi multos te præceptore per annos
Quæ vult, & carmen ludere dulce chely.
Illa, avidè modo quæ te sic desiderat unum,
Vt cervus gelidas languidus optat aquas.
Parva loquor: capit is nostri te Ecclesia Christi
Expedit, & tales fundit ab ore sonos:
Hei mihi quæ jaceo passo concussa capillo,
Vnde petam duris nunc ego rebus opem?
Ecquis erit mersam qui me me erroribus Arru
Eruit? Eutychis liberat atq; lue?
Aut à Pontificis rabie, vel dogmate fœdo
Nestorij, ecquis nam, quæso reformat, erit?
Ecquis

Ecquis erit puro Natos qui flumine pascit,
Ac illos pure Biblia sacra docet?
Hei mihi nemo mei forsitan reminiscitur, et jam
Quæmodò florebam, mox ruitura, cado.
Nemo Stygis furias rabida vel comprimet ortas,
Vndiqz quæ lacerum vexat ovile meum.
Hei mihi, vix etiam respiro, Nausfraga, jamqz
Cymba velut vasto, fluctuo quassa, Salo:
Diu melius: lucem meliori sydere jam vos
Optatam, Eoo tollite ab orbe, precor.
Hinc olim si quem mea Pannonia miserit ora,
Ad longinqua soli jugera Teutonici.
Pierià quod si labrum benè laverit unda
Arte, vel hic calamo, si valet eloquio:
Hunc Superi patriis hunc, vos precor, oxyus oris
Reddite, ne cogar tanta pericla pati.
Ergo age, Matihia, celebri de Pallados urbe
Cinctus Apollineo, culte vir, ergo choro,
Quando placet fatis, post tempora longa, penates
Leucorea, in patrios, sospes ab urbe redi;
Hic vigili, poscit quia sic Ecclesia, cura
Officii per agas munia cuncta tui:
Vade bonis avibus, qui te comitabitur, is nunc
Tisbei Juvenis penniger ales erit.

Et nusquam

Et nusquam sparsi formides arma Latronis,
Verum propitio numine tutus eas,
Nil tibi molitur nam Saxona terra pericli:
Aduersus te non Misnia bella movet:
I felix, Juli, tibi nam non, auspice Christo,
Ipse, procul dubio, Vandalus hostis erit.
Spicula neve tibi fortis Lusatia iendet:
Te neqz Slesiaco Natus in orbe ferit.
Oppida quin cernes pulchris hic structa columnis:
Quorum agros vitreis Oder a lambit aquis.
Longius at fueris quod si progressus in oras,
Conspicies mox, quæ Cracovis ora jacet.
Hic cernes leni currentem murmure lympham,
Quæ lymphæ à Latiis Vistula nomen habet.
Latior i, rigidos horrescas neve Ruthenos,
Nam nil pestiferum Carpatus altus habet.
Quando in Pannonicas, Juli docte, rveris oras
Nomine, Göncino, fausta precare, meo.
Et si vitali Johannes vescitur auræ,
Johannes patriæ, gloria prima, tua.
Hunc ex me facili cura, sermone salutes,
Nam celebris studii dux fuit ille mei.
Ille meam placidâ quondam tulit aure Thaliam:
Debreca tererem cum sacra tecta schola.

Is

*Is certè aut spargit nunc dogma salubre cathedra,
Biblia vel magnà sedulitate legit :
Quicquid agat, de me multùm scitabitur ille,
Dum modo, Matthia, nuncia verbare fer.
Ergò cùm tepeat Zephyrus jam murmure suavi,
Aspireret cœptis lenior aura tuis.
I felix, oro semper reminiscere nostri,
Vtilis & patria sis medicina. Vale.*

Alexander R. Szamoskózi.

